

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 14 : De Cupidine

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[44\] : De Cupidine](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 14 : De Cupidine](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 15 : De Cupidon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 14 : De Cupidon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 14 : De Cupidine, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/848>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ), Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination125v°-128v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Cupidon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Ἔστι δὲ αἶψα, δὲ ἀραυὴ δὲ ἰβήνη δ' ἐν' ἀπύρροκῶδ' αἶψα,
 τῆσθε πρώτες τε καὶ αἶψα καὶ αἶψα αἶψα αἶψα.
 Ἐξ αὐτῶν ἀναστὰς ἄρα, ἰβήνη δ' ἐν' ἀπύρροκῶδ' αἶψα,
 τῆσθε πρώτες τε καὶ αἶψα καὶ αἶψα αἶψα αἶψα.

Chaos erat, & Nox, Erebusq; niger primū, cū Tartarus aclus.
Terræ nec aer, nec cœlum erat. Erebiq; in sinibus amplis
Parit prius Zephyrium Nox alis nigrescentibus ouum.
Ex hoc labentibus horis pullulauit deinde Cupido,
Splendens tergum aureis alis.

Quare & Orpheus his similia de illius natiuitate tradidit, quem ut est in his 10
carminibus, ante omnia natum putauit;

Πρωτόγονο καλῶν ἑρμῶν, γένος, ἀπὸ κλάου ἄνθε,
 Αἰθέρι, χρυσοῖσι ἀσπλάγμον περιφραγῆ,
 τῶν ἄλλων, γένος μακάρον, ἐκ τῶν δ' αἰθέρων.

Aethere labentem, geminum, magnumque vocamus,
Qui prior est natus, qui ex ouo, qui nitet aureis
Alis latus. per quem superumque virumq;
Est genus exortum tenues in luminis auras.

At idem Plato qui nullos parentes Cupidinis superius esse dixit, mox fabu- 10
lam quandam huiusmodi in Symposio de Cupidinis ortu memorauit. fama
est Deos aliquando natalitia Veneris celebrantes in cœlo mēsis accubuisse:
tum Porus consilii & abundantix Deus fertur nectare paulo copiosius hau-
sto ebrius fuisse, ac Peniam Deam paupertatis in horto Iouis inuenisse, quā
etiam compressit. ex eo igitur congressu Penia Cupidinem postea peperit,
quem Veneri famulum tradiderunt, cuius nutum mandataque obseruaret,
quare postea creditus est Veneris filius. Theocritus in Hyla ē Diis quidem
parentibus illum natum esse arbitratur, at ē quibus non affirmat, propter va-
riam ac difficillimam cognitu eius originem, ut ex his patet;

Ἄλλ' ἄρα, τίς ἴσως μέγιστος ἔστω δὲ ἰβήνη,
 Μῆτις, ἣν τε καὶ Δία πῶς τίς ποτε γένετο;

Non solis natus nobis est ipse Cupido
Vt patet : ē superis quicunque fuere parentes;

Non defuerunt qui Cupidinem Saturni filium fuisse dixerint, quod ex illo
carmine significatur;

Αἰτὴρ ἰμῶν κρείσσον, καὶ σπύρατα πῶς ἰβήνη;
 Sunt Amor & venti Saturni ē semine nati.

Orpheus tamen omnes Amores, quos plures esse sensit, ē Venere ortos scri-
bit in alio hymno hoc pacto;

Ἐπίγονοι παρὶν ἀλλοφύγοι ἀφ' ἑρμῶν,
 καὶ πῶς ἐν μεγάλοις βιασθήσεσθε, ἢ ἀπὸ πάσης
 Ἀέρος τε πνεύοντες ἀπὸ δαίμονος ἑρμῶν.

Cantamus Venerisq; genus, fontemq; perennem,
De quo immortales nati dicuntur Amores.

Pausanias in prioribus Eliacis Venerem dicit emergentem à Cupidine fuisse
exceptum, & à Suada coronatam. qui idem postea in Euxoticis Cupidinem
omnium Deorum natum minimum vulgò creditum dixit, & Veneris filium.
Cicero lib. 3. de nat. Deorum plures Cupidines ē diuersis parentibus facit, ut
in his scribit; Cupido primus Mercurio & Diana prima natus dicitur. Se-

Mythologia.

cundus Mercurio & Venere. Tertius quidem est Anteros Marte & Venere
 tertia. Hi etsi plures extiterunt, diuersisq; parentibus geniti, tamen ad unū
 Veneris filium omnia propè, quæ de amore dicta sunt, transferuntur. Præcla-
 re igitur Arcefilaus statuarius legnam è marmore fecisse dicitur, circa quam
 ludentes fecit Cupidines, quam alii e cornu bibere cogebant, alii foccos illi
 inducebant, alii saxo alligaram fune tenebant, cum multos fuisse cupidines
 uellet significare. Horum quæ uires sint, aut quæ facultates, & qui habitus
 illi tribuerentur, ita patefecit Orpheus in hymnis;

10

εὐχάρηται μίαν, ἄνδρ', ἱρακίμης, ἔδω' ἔργα.
 τὴν δ' αὖθις, ἀριστερά, ἀντιθέσται, ἔδω' ἔργα ἱρακίμης.
 Σωφροσύνην δ' αὖθις, ἔδω' ἔργα ἀριστερά.
 Ἐὐδελκίμης, ἠφροῦ, ἀσάτου ἀλκίμης ἔργα.
 ἀφροῦ, ἠφροῦ, πύρρον, χροῦ, ἔδω' ἔργα ἀριστερά.
 Πύρροντα πύρροντα δ' αὖθις ἔργα ἀριστερά.
 Ἐὐδελκίμης, ἠφροῦ, ἀσάτου ἀλκίμης ἔργα.
 μὴν γὰρ τὴν ἀσάτου ἀλκίμης ἔργα ἀριστερά.

Iucundum, magnum, gratum cantamus Amorem,
 Arciferum, alatum, celerem, flammisq; potentem.
 Ludentem pariter cum diisq; uirisq;, gemellum.
 Tu maris, & terræ clauis, tuq; ætheris alti
 Sceptra tenes: tu quot uentos Dea parturit alma
 Frugifera, aut pontus tumidus, vel tartarus ipse,
 Es regis, & cuncta flectis moderamine solus.

20

Pingebatur ab antiquis alatus Cupido, cuiusmodi illum Zeuxis pinxit Athe-
 nis pulcherrimum rosis coronatum; nam & Cupido & Victoria alati sin-
 gebantur, quam primum omnium Thasium Aglaophonem alatum fecisse se-
 runt; de quibus, ut alaris, ita meminit Aristophanes in Auiibus;

Ἀστὴρ δὲν πὶ τὰς ἀλὰς ἠέριον ἔχων, καὶ πὶ τὸν οὐρανόν.
 Statim Victoria uolac alis aureis, & per Iouē Cupido simul.

30

Deinde addita sunt non solum nomina, sed insignia cupidini, illius Dei po-
 tentiam, & animorum motus significancia, qualia Pallada descripsit in his
 carminibus;

Γυμνὸς ἔργα, δὴ τὸν ἐλάτ', καὶ μάλιστ' ἔδω',
 αὐτὸν ἔχον τὸν οὐρανόν, καὶ πύρροντα βίαν.
 Οὐδὲ μάλιστ' ἀσάτου ἀλκίμης ἔργα ἀριστερά.
 τὴν γὰρ ἠφροῦ, ἀσάτου ἀλκίμης ἔργα ἀριστερά.

Nudus Amor ridet, latatur & ille; nec arcus,
 Nec flammata gerit spicula, vel pharetram.
 Iure quidem recto florem, delphinaq; gestat,
 Continet hac terras, hac maris alta manu.

40

Tantam illi potestatem antiqui poete, tantumq; audacię Cupidini tribuerūt,
 ut omnes Di antiqui ab Amoribus spoliati fuerint suis insignibus; ut Phi-
 lippus quidam poeta in his luculentissimis carminibus expræssit;

Πολυκλαυτὸν ἐλευθερὸν ἔδω' ἔργα ἀριστερά.
 ἀσάτου ἀλκίμης ἔργα ἀριστερά.
 ἠφροῦ τὴν γὰρ ἠφροῦ, ἀσάτου ἀλκίμης ἔργα ἀριστερά.
 ἠφροῦ τὴν γὰρ ἠφροῦ, ἀσάτου ἀλκίμης ἔργα ἀριστερά.
 Πύρροντα πύρροντα δ' αὖθις ἔργα ἀριστερά.

Πέλοπος

Ἐξουίσις ἰσχυρῶν, ἀφροδίτης δ' ἀφροδίτης.
Ἐξουίσις ἰσχυρῶν ἵσχυρῶν ἀφροδίτης ἰσχυρῶν.
Ἀφροδίτης ἰσχυρῶν ἀφροδίτης ἰσχυρῶν.

Exuuiis superum leti decorantur Amores.
 Alta quibus cœli est iam spoliata domus.
 Extorsere Ioui fulmen, Phœboq; sagittas,
 Alcidae clauam, Marsq; caret galea.
 Mercurio desunt talatia, saxq; Dianæ,
 Sic Bacco chyrsus, sic pelagoque tridens.
 Nec mirum est iaculis homines quoque cedere Amorum, 10
 Queis sua uel superi scepra dedere Dei.

Cum tanta fuerit igitur potentia Cupidinis, iure optimo illum Deorum omnium felicissimū, & cui Dii omnes subiicerentur, appellauit ita Plato in Symposio; *ἡμῶν δὲ ἰσχυρῶν, καὶ τῶν θεῶν ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν, ἔργα δὲ θεῶν, καὶ ἀφροδίτης ἰσχυρῶν ἀφροδίτης ἰσχυρῶν, ἀφροδίτης ἰσχυρῶν ἀφροδίτης ἰσχυρῶν.* Ego sanè ita sentio, omnibus Diis felicibus existentibus, Cupidinem (si fas est, ac sine reprehensione licet dicere) omnibus illis esse feliciorē, cum & pulcherrimus sit & optimus. Atque in his cum duos esse Cupidines dixisset, alterum Cœlestem, alterum Vulgarem appellat; *Ἀφροδίτης δὲ δὲ καὶ ἰσχυρῶν τῶν θεῶν ἀφροδίτης ἰσχυρῶν ἀφροδίτης ἰσχυρῶν, τῶν δὲ ἀφροδίτης.* Necessè est igitur & Cupidinem 20
 hunc quidem alteram sequentem & adiutorem vulgarem recte vocari; hunc verò cœlestem. Addita fuerunt & alia insignia præter superiora, siquidem hunc puerum finxerunt, & excum, & illi comites adiunxerunt, Ebrietatem, Dolores, Inimicitias, Conceptiones, & multas huiusmodi pestes, quas omnes recensere molestum est, nedum experiri: quæ cum breuissimè, tum elegantissimè in eo Maruli Epigrammate sunt expressa;

Quis puer hic? Veneris. plenz quæ causa pharetræ?
 Non bene prouisus certa quòd arma mouet.
 Cur sine veste Deus? simplex puer odit opertum. 30
 Vnde puer? pueros quòd facit ille senes.
 Quis pennas humeris dedit? inconstancia. quare
 Nulla Deo frons est? signa inimica facit.
 Quæ fors eripuit lucem? immoderata libido.
 Cur macies? vigilæ cura, dolorq; facit.
 Quis excum prxit? Ebrietas, Sopor, Otia, Luxus.
 Qui comites? Rixæ, Nolla, Odium, Opprobrium.
 Qui cœlo dignati? homines. quæ causa coegit?
 Mitior autore est credita culpa Deo.

Hunc è crapula, deliciarumq; copia nasci denique tradiderunt antiqui, cum nihil sit, quod magis morum probitatem, vitamq; humanam, quam delitiæ 40
 labefactet. Sic enim de Amoribus inquit Phocylides;

Ὅλα δὲ ἀλλοτὴ ἀλλοτὴ τῶν ἰσχυρῶν, ἀφροδίτης ἰσχυρῶν.
Ὅ παλαιὸν δὲ τῶν θεῶν ἀφροδίτης ἰσχυρῶν ἀφροδίτης ἰσχυρῶν.
 Veiliter nulli nimia est data copia victus,
 Hoc stimulo in turpes homines pelluntur Amores.

Atque vt summam dicam, tot insignia, tot vires, tot spolia, tam saui comites, tam deformis oculorū excitas, & ætas minime apta prudentiæ, data sunt Cupidini ab antiquis poetis, ad exprimendam libidinis hominum insaniam,

ut nihil t̄copere abhorrere videatur ab ingenuo, & bene instituto hominē, quæ tamen omnia ita conuersa sunt ad hominum voluptatem, vt etiam cum quadam animi suauitate recenscantur à nonnullis. Hoc mihi perfimile sanè graui aliquo morbo laboranti contigisse videtur, cui, propter stomachum pessime affectum, vel in deterrimos humores pharmaca ipsa vertuntur. Hūc igitur ad deterrendos homines à turpitudine introductum, pro Deo coluit vulgus mortalium; cum non intelligat Deum beneficentiæ, liberalitatis, tēperantiæ, & omnis probitatis atque humanitatis esse autorem: ac Cupidinē hunc vulgarem Deum Bella, Rixas, Contentiones, Dolos, Iniurias, honoris facultatumq; iacturam habere perpetuos comites. Quare præclare scripsit poeta ille in his versibus;

Ἦν Διὸς ἴστω ἔρωτα; Διὸς πατρὸς οὐδὲ ἔρωτα
 ἔρωτα. ἰδ' ἀλλ' ἔρωτα ἀμάρτυρον ἄνθρωπων.
 Ὅϊ Διὸς δὲ πάλαι μιν κτήνη τῆρι; ἢ τίς δ' ἔστω
 τῆς δουλοσύνης οὐδὲ μαρτυρίας.

Quis prior esse Deum mortalis dixit Amorem?
 Sanguine lætatur, sunt bona grata Deo.
 Non'ne ense manibus præcutum sustinet? ecce
 Cædibus è multis quot tulit exurias.

Idcirco Apollonius Rhodius omnium malorum fontem & originem Cupidinem putauit, quia propter lasciuiam iustitiæ contemnatur, omnesq; exoriantur iniuriæ, vt est in his lib. 4.

Ἐχέ τ' αἰὲν ἔρωτα, μίση πένθη, μέγα τ' ἔργα ἀνθρώπων.
 Ἐς οὐδὲ πόλεμους τ' ἔργα, ἔραχαιρα, γένηται,
 Ἄλγεα.

Supplicium crudele viris, ac pœna Cupido.
 E te sunt rixæ, certamina, bella, querelæ,
 Et dolor.

Quid est enim nostris temporibus, quod non per scorta, & lenones, & meritorios pueros obtineatur? multæ sunt ciuitates, multa regna, multæ prouinciæ per hunc insanorum & furiosorum Deum deuastatæ. Nam quot ciuitates arma ceperunt ob raptas mulieres? quot forminx patriam & parentes hostibus prodiderunt propter hunc furorem? quot mariti vxoribus, aut contra illæ maritis ob hunc ipsum præclarum Deum insidias tetenderunt? quot filii à matribus fuerunt laniati & trucidati? atque, vt vno verbo dicam, nihil est propè nefarium, impium, temerarium, cuius Cupido non sit autor. Quare nemo sapiens haberi iure potest, qui Cupidinem laudibus extollat: nemo non infelix, qui eius cupiditatibus obsequatur. Quamuis illud magis verum est, quod non malus est Cupido, sed occasio potius facinorosis & perditis hominibus male agendi, qui suoapte ingenio mali sunt, vt scripsit Archias in his carminibus;

οὐχ' ὁ ἔρως ἀδικῶν μὲν ἄστυ γένηται, ἀλλ' ἀσέλαστον
 ἔραχαιρα ἀνθρώπων ἔστω τ' ἔρωτα πρὸς ἄστυ.

Nullum Amor offendit: prauis occasio sed sit
 Mentibus ille hominum, quos mala multa iuuant.

neque enim vllus est animi affectus à Deo optimo inutiliter concessus hominibus, sed vel ad exercendas virtutes, vel ad res naturæ necessarias: quare vt præclare ille inquit poeta, cum quis modum ex cesserit in animi motibus, illisq;

lisque nimis obsequitur, ipse sibi fit hic Deus, cum voluntas cuiusq; inordinata, & inconsiderata cupiditas, fiat Cupido, ut est in lib. nono;

Div'ne hunc ardorem mentibus addunt

Euryale ? an sua cuiq; Deus sit dira cupido ?

Amoris sedes oculus creditus est præcipue, quod per eum tanquam per fenestram animus spectra & imagines concipiat, & interior admittat, quibus percussus incidit in rei spectatæ desiderium. Quod ita Musæus clarissimè expressit;

καλλος γὰρ περιπέτ' ἢ ἀμνηστὸς γυναικὸς,

ἢ ὄτυρο μίσηται πάλαι θηρίωντι δ' ἔτιο.

ἰφθαλμὸς δ' ἴδ' ἔτιο. εὐδ' ἰφθαλμοῖσι βολάος

Ἐλασὶ δ' ἀποβλήσῃ, καὶ ἐπὶ φρίκας ἀδρῆς ἰδύσῃ.

Si mulier fuerit pulcherrima, forma sagittis

Cordæ virum figit velocius; est via ocellus.

Ex oculi iactu paulatim labitur vlcus

In mentes, illasq; domat, seq; imprimat altè.

Atque de fabulosis ad Cupidinè spectantibus satis, nunc quid sub his lateas ferri, vestigemus. Quod omnium Deorum antiquissimum Cupidinem crediderunt, id significare visi sunt, quod sensit Empedocles, quod res prius inter se confusas amicitia & odium inuicem discreuerint, cum illæ per se sine his nihil gignere possint. Nam tametsi Thales aquam rerum omnium principium posuit, aptissimam sanè gignendis rebus & accommodatam materiã, tamen nihil ex illa simpliciter gignitur sine hoc artifice, siue amicitiam siue marem, aut maris vice fungentem, siue calorem quis appellauerit, vim diuinam scilicet res ad ortum euocantem, neque illud sanè verum est, quod dicitur ab eo poeta;

Ἀλλ' ὕμῳ μὲν πάτερ' ἔδωκε καὶ γαῖα γένεσθαι.

Vos aqua, vos tellus fiat protinus omnes.

Fieri enim non potest ut hæc sola sint elementa, in quæ composita dissoluantur: vel ex his solis composita sint omnino inutilibus, si diuiniore principio careant. Quid ergo ? nihil aliud, ut dicebam, esse Cupidinem antiqui senserunt, nisi illud quod Empedocles, vim similitum diuinam coire & coalescere cupientium; vel, ut melius dicam, mentem diuinam, quæ has ipsas motiones ipsi Naturæ inducat. Idcirco alii multos parentes tribuerunt Cupidini; alii cum primum illum apparuisse in mundo architectando putarint, ex illa informi materia natum dixerunt. Alii Veneris filium crediderunt, cum Venus sit desiderium, ut diximus, procreandi in rebus naturalibus, quod nascitur è symmetria corporum, & ex aeris temperie. Nam quod de Poro & Penia fabulosè dicitur, quod è tam diuersis parentibus natus sit Cupido, etsi potest ad has ipsas res accommodari, tamen ad mores magis videtur spectare: siquidem auaritia non magis ex insignibus opibus fit, cum à viro parũ prudenti & prope ebrius possidentur, quàm ex inopia, & rerum omnium penuria. Hic deinde ab vniuersa rerum natura ad effrenatam singulorum appetentiam quasi personatus inductus est. Hunc alatum huxerunt ob inconstantiam mortalium in rebus eligendis; at melius alatus dicitur, quia diuina bonitas velocissima conuolet ad res naturales gubernandas. Huic sagittas tribuerunt, ob supplicia quæ insani patiuntur, cum potius ob mirificam diuinæ mentis celeritatem, quæ per omnia transfunditur, & acutissimè penetrat, magis illæ conueniant. tum cæcum Cupidinem dixerunt ob turpitudi-

nes,

Mythologia.

nes, quæ ab hominibus dignitatis suæ oblitis committuntur; cum illud potius ad diuinorum consiliorum mirabilitatem spectet, ad quæ cognoscendâ excum esset & infans profusus humanum genus, cum nulla vis humani ingenii possit rationem diuinæ administrationis percipere. Si cæcitas illa ad libidines hominum transferatur, quo pacto non rectissimè excogitata est? aut quo pacto non paruus infans is est existimandus, qui neg' esse consilio, rationeque, & gloriæ splendore, omnium iniquitatum & turpitudinum autorem se fecerit? aut qui omisis rebus diuinis, & legibus naturæ posthabitis ad impuras voluptates stultè feratur, non'ne & stultus & infans est existimandus? Idem Deus nudus fingebatur, ad explicandam turpitudinem libidinosorum; quod tamen ad res diuiniore tranllatum immensam summi Dei liberalitatem & munificentiam significat, quia sine furo & fallaciis mens diuina prouidet rebus humanis, cum nihil omnino inde expectet se commodi relaturam. Cum igitur Cupidinem diuinitus in res humanas transfundi putarunt, merito optimum & pulcherrimum Deum esse dixerunt, quem ab hominum cupiditatibus secernentes cælestem Cupidinem appellarunt. Atqui in parte animi nostri rationis expecte sit, cur nõ erit potius Furor & Insania quam Deus vocandus? at nunc de Gratiis dicamus.

20

De gratiis.

Cap. XV.

Gratia, quæ vocatur sunt à Latinis, à Græcis χάριτες. aliorum parentum filia ab aliis scriptoribus creditæ sunt. Hesiod. in Theog. illas ex Eurynome Oceani filia & à Ioue natas esse tradidit in his verbis.

Τρὴς δὲ αἱ Εὐρυνόμῃ χάριτες τῆσι καλλίσταραι,
Ἐκαστὴ κατὰ πολλοῖσιν ἔστιν ἔχουσα,
Ἄγλαια, καὶ Εὐφροσύνη, καὶ Θάλια τ' Ἰραθίαια.

Tres sibi & Eurynome Charitas parit, edita magno
Oceano forma præstanti & corpore Nympha.

30

Euphrosynen, atque Aglaïam, Thaliamq; decoram.
Orpheus vero in hymno quodam in laudem Charitum composito non Eury-
nomes, sed Eponymia & Iouis filias esse ait in his;

Διὸς γὰρ αἱ χάριτες μετ' αὐτοῦσι, ὠκυπέτραι,
Θυγατέρισι (ἑσὶν) καὶ ἰσχυρῆσι θεοῦ κίλιον,
Ἀγλαίητι, Θάλια, καὶ ὠφροσύνησι κλειύσθι,
Χαροῦσιν αὖτε θυγατέρισι.

Huc agite o Charites celebres, veneranda propago;
De Ioue prognatæ, Eponymiaq; parentibus olim.
Aglaia, Euphrosynæq; Thaliaq; splendida; claræ
Leritæ matres.

40

Alii Iouis & Autonoes illas filias esse tradiderunt, nominaruntq; Pasychen, Euphrosynen, & Aegialen. Antimachus antiquissimus poeta illas leges & Solis filias esse censuit. Has alii duas tantum putarunt, Clitan & Phenam. Alii Auxo & Hegomonen, vt ait Paus. in Bæoticis. Fuit Suadela etiam à nonnullis inter Gratiis numerata. At cõmuniõr tamen fuit sententia q; tres fuerint, vt in eo versu testatur Meleager;

τρίαι μὲν χάριτες, τρὴς δὲ Λοκῶν κέχρηται ὄραι.

Sunt triplices Charites, tres Horæ; castæ & vitæq;.

Inu-